Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

omnia considerandum, cujusmodi ante persecutionem fuerit; qualiter mansuetus quidem ac benignus erga famulos Dei: neque enim ullus superiorum Principum -- tanta humanitate ac benevolentia nostros complexus est, quantam ille praeseferebat initio principatus sui. Vid. Reschius sec. III Ann. Sabion. §13.

52) Eutropius Hist. l. 9.

53) Eusebius l. 7, c. 10. Orosius l. 7, c. 22. Eutropius l. 9.

54) Orosius l. 7, c. 22. Sozomenus Hist. eccl. l. 2, c. 6.

55) Hic plura simul comprobanda veniunt. I. Cassianus aliquis Sabione ad Hisarcum amnem Christum praedicavit. Id ~~probat cultus, cujus initium refertur, certe Carolo M. antiquior:~~ probant tabulae Brixinenses; quarum tres allegat Reschius Annal. Sabion. sec. IV, §1. [Nº. II. S. Cassianus fuit Sabionis Episcopus. In antiquissimis scriptis et monumentis Brixinensibus vocatur Pater, Apostolus, Sacerdos; Episcopus et Martyr in tabula Monasterii Georgiimontani in Oenivalle: qua recensentur Reliquiae a Conrado Episcopo Brixinensi in altari recens consecrato recondita / S. Cassiani Episcopi et Martyris, S. Ingenuini, S. Albuini Episcopi etc. Plura alia vide apud Reschium ibidem §2. Auctores vero antiquiores, Cassiano Episcopatum Sabionensem asserentes, sunt / Bartholomaeus Tridentinus in Passionali Sanctorum; Petrus Calo ex seculo XIV, Petrus de Natalibus ex seculo XV; et deinceps fere omnes. Quos inter Car. Sigonius Hist. Bonon. Baronius in notis Martyrol. ad Id. Aug. Bollandus ad Non. Febr. Hundius Metrop. ~~Sabi~~ Salisb. Raderus in Bav. S. Brunnerus Annal. Boic. part. 1. Meichelbeckius Hist. Frising. [Roschmannus ex professo in Vindiciis S. Cassiani Episcopi Sabionensis. ~~Domestici Scriptores Burglehner, et Brandisius uterque. Demum et Reschius in Annal. Sabion. qui argumentum quod opponi solet, breviter solideque dissolvit. contraria, quae potissimum nonnisi negativa sunt, et in silentio Prudentii, Ennodii, Gregorii Turonensis, Petri Damiani et Martyrologiorum fundantur, breviter~~ expedite dissolvit. Quamvis ipse ~~clare se nunquam explicet an S. Cassianus, Episcopus fuerit et rel~~ dubitare videatur, an S. Cassianus, caeterique usque ad S. Ingenuinum fuerint Ordinarii Sabionis, an Regionarii Episcopi Raetiae.

[Roschmannus in Vindiciis S. Cassiani Episcopi Sabionensis contra Tartarottum, probat cultum ejusdem Sancti et Sabione et Brixinae vigentem ab initio seculi VIII saltem, et quidem talem cultum; ut non tanquam Patronus Ecclesiae primarius, sed tanquam inter SS. Episcopos primus cultus fuerit, licet expresse non appelletur Episcopus: quam in rem idem auctor affert instrumenta sat multa, citat vero alia quamplurima, quae in + / anno 1204:

+ tabulario Brixinensi viderit atque excerpserit. Vide ad c. VIII Addit. 75.

/ ex seculo XIII

[Schmidus in Tirol. Ehreng.